124 *Caerleon*, rep. ad *Bulmore*. Tabula lapidea alta dig. 45, lata 31, litteris non bonis.

D M ET
MEMORIAE
IVLIAE · SECVNDI
NAE · MATRI · PI
ISSIMÆ · VIXIT · AN
NIS · LXXV · G · IVL
MARTINVS · FIL
F · C

Contuli. *Gent. mag.* 69, 1799 p. 934; Wright *the Celt* p. 315; Lee Isca p. 14 tab. 6, 2.

IVLIAESSEVNDA FIXXIT ANNO XXV *gent. mag.*

Cf. titulus mariti praecedens.

125 *Caerleon*, rep. a. 1717 *about* $^1/_4$ *mile from the town*, ad ripam fluvii *Usk*, lapis longus *about a yard*, latus $^3/_4$ RICE. *Mr. George's at Caerleon purchased this stone and sent it to London, where I saw it at Douglass' Coffee-house in St. Martins Lane* HORSL. Inde pervenit in museum Britannicum, ubi servatur. Litterae mihi visae sunt esse saeculi secundi.

D · M
sic G · VALERIVS · C · F
GALERIA · VICTOR
LVGDVNI · SIG · LEG · II · AVG
STP · XVII · ANNOR · XLV · CV
RA·AGENT·ANNIO·PERPETVO·H

Descripsi sine exemplo. W. Rice *philos. transact.* 30, 1717 p. 945 (inde Mur. 862, 8; *mémoires littéraires de la Grande Bretagne* 1, 1719 p. 124); Horsley p. 320 *Monmouthsh.* 3 (inde Hoare Giraldus Cambr. 1 p. 126. 133 tab. 3, 18; Goughs Camden 3 p. 118; Lee Isca p. 104).

V. 6 RA · AGINT · AMNIO · PERPITVO · B Rice et Horsley. Ultima littera incerta est, tam L quam F esse posse iudicavi in re praesenti; ut vix dubitem H fuisse. Observa genetivum patriae positum pro ablativo.

D. M. G. Valerius C. f. Galeria Victor Lugduni, sig(nifer) leg(ionis) II Aug(ustae), stip(endiorum) XVII, annor(um) XLV. Cura agent(e) Annio Perpetuo h(erede)

126 Rep. a. 1849 ad *Pil Bach* iuxta pavimenta duo tessellata. Est cippus altus dig. 45, latus 33; servatur in museo. Litterae visae sunt aevi Septimii Severi esse C. W. King, mihi aliquanto antiquiores, scilicet saeculi fere secundi.

D *rosa luna rosa* M
TADA · VALLAVNIVS · VIXIT
ANN · LXV · ET · TADVS · EXVPERTVS
FILVS · VIXIT · ANN · XXXVII · DEFVN
TVS · EXPEDITONE GERMANICA
TADA EXVPERATA · FILA
MATR · ET FRATR · PIISSMA
SECVS TVMVLVM
PATRIS POSVIT

Contuli. Lee Archaeol. Cambr. 4, 1849 p. 73 tab. 7 fig. 1, *Roman building* p. 21, Isca p. 1 tab. 1 fig. 1 (ex eo Wright *the Celt* p. 315).

1 *Vallaunius* fortasse cognomen feminae est ut supra *Belismius* n. 97; nam hic quoque de Tadiae sexu omnis dubitatio excluditur, cum diserte mater nominetur una cum fratre v. 7. 6 EXVPERAEA lapidarius sculpserat, sed errorem emendavit; v. 3 in *Exupertus* item errore videtur omisisse A litteram aut T litteram, quae certa est, posuisse pro I, ut fuerit *Exuperius*; v. 7 in *piissma* I omisit. 5 Expeditio Germanica qualis indicetur frustra quaesiveris; probabile tamen est Exuperatum aut militem fuisse legionis secundae aut alia ratione eam secutum esse, cum vexillationes fortasse eius ad saeculi secundi aliquod bellum Germanicum avocarentur. 8 Secus a vulgo pro iuxta usurpatum notum est.

D. M. Tadia Vallaunius vixit ann(is) LXV et Tadius Exuper[a]tus filius vixit ann(is) XXXVII, defuntus expeditione Germanica. Tadia Exuperata filia matri et fratri piiss[i]ma secus tumulum patris posuit

127 *Caerleon*, rep. *about* $1^1/_2$ *mile from the town, at Bulmore, on the left bank of the river Usk.* Museo dedit Edw. Jones.

D M
CAESORIA COR
CA V A XLVIII DEM
S CONIV S · ET
MVNAT LEST
N V S E EONTI
S FECER N T
FILI EIV S

Contuli. Wright *the Celt* p. 318; Lee Isca p. 14, tab. 5 fig. 2.

Supplementa ex parte praeivit Lee. Vocabula duo ultima inserenda potius erant ante *fecerunt.*

D(is) M(anibus). Caesoria Coroca v(ixit) a(nnos) XLVIII Rem[u]s? coniux [eiu]s et Munat[ius et Cae]lest[i]nus e[t L]eontius fecer[u]nt fili eius

128 *Caerleon, from the burying place on the hill side between Caerleon and Bulmore.* In museo, long. dig. 13, lat. 13.

d M
. . *c*ORVI
vix. an NIS · XVII

Contuli. Lee Isca p. 18 tab. 7, 4. Possis etiam ita supplere [*Vict*]*or vi*[*xit an*]*nis XVII.*

129 *Caerleon*, in museo.

d M
*iuli*O I·DONAT
*o vi*XIT · ANN

Descripsi et supplevi exempli causa.

130 *Caerleon*, rep. ad *Bulmore*. In museo, cippus altus dig. 46, latus 31.

*iuli*A IBERNA VIXSI
TANNOS XV MES·SEX·F
C FLA FLAVNA·MATER

Contuli. Lee Isca p. 17 tab. 7, 1. In fine lege *f(aciendum) c(uravit) Fla(via) Flavina mater.*

131 *Caerleon*, rep. ad *Bulmore*. Servatur in museo, cippus longus dig. 51, altus 33. Litteris malis.

D M
IVL · NVNDINAE
VIXIT · AN · XXX
AGRIVS CIMARVS
CONIVNX·PIISSIMVS
F · C

Contuli. Lee Isca p. 14 tab. 5 fig. 3.

132 *Caerleon*, rep. ad *Bulmore*; litteris rudibus. Alta dig. 46, lata 32.

D M
IVLIE · SENICE
VICS ANOS E

Contuli. Lee p. 17 tab. 7 fig. 2.

133 *Caerleon*, rep. ad *Bulmore*; pars dimidia est tabulae sepulcralis, alta dig. 39, lata 20. In museo, litteris bonis.

D · M
IVLIA · VENERI
A · AN · XXXII
I · ALESAN · CO *deest*
PIENTISSIMVS
ET·I·BELICIANVS
F · MONIME
F · C

Contuli. Wright *the Celt* p. 315; Lee Isca p. 15 tab. 6, 3.

6 In museo Legionensi servatur tegula infra edenda, in qua quater scariphatum est *Bellicianus.*

D. M. Iulia Veneria an(norum) XXXII. I(ulius) Alesan(der) con(iux) pientissimus et I(ulius) Belicianus f(ilius) momime(ntum) f(aciendum) c(urarunt)

134 *Caerleon*, rep. una cum n. 135. In museo fragmentum altum dig. 16, latum 10.

D
SEMP

Contuli. Lee Archaeol. Cambr. 4, 1849 p. 81 tab. 7 fig. 3, *Roman building* p. 23, Isca p. 2, tab. 1 fig. 3.

Palmae ramus non indicat originem Christianam, ut putabant viri docti Angli.

135 *Caerleon*, rep. iuxta viam Romanam intra Legionem et *Bulmore*. In museo, lapis altus dig. 21, latus 15, litteris rudibus.

D M
VITALI
VIXIT
AN · VIII

Contuli. Lee Archaeol. Cambr. 4, 1849 p. 81 tab. 7 fig. 2, *Roman building* p. 23, Isca p. 2 tab. 1 fig. 2.